



Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In Qvo Genuina sententia profundissimi Doctoris de Auxilio gratiæ medicinalis Christi Salvatoris, & de prædestinatione hominum & Angelorum proponitur, ac dilucidè ostenditur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

6. Duplex neceßitas Augustino, coactios & simplex seu voluntaria. Illa, non haec repugnat libertati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13704

scilicet id quod potest, sicut est necessitas mortis, manifestum est voluntates nostras, quibus recte vel peccatam vivitur sub tali necessitate non esse. Multa enim facimus. QUA SI NOLLEMUS non utique faceremus. Quo primitus pertinet & IPSVM VELLE. Nam SI VOLVIMVS EST; SI NOLEMVS NON EST. Non enim vellemus si nollemus. Ecce eandem iterum contradictionis absurditatem sequi tradit, si voluntas esset sub necessitate, hoc est, si non esset libera, nempe quod volendo nollemus. Nam hoc ipso non est in potestate nec liberam nobis, quod sit nobis nolentibus, sicut hoc ipso est in potestate & liberum quo sit nobis volentibus. Unde mox probans esse liberum nobis arbitrium, nihil aliud probat, quam aliquid à nobis volendo fieri, quod non fieret, si nollemus. Sic enim non esset in libero arbitrio, quia extra nostram potestatem, utpote quæ id volendo impedire non posset.

Lib. 4. de Civ. Dei, cap. 10.
Sunt igitur, inquit, nostræ voluntates, scilicet libera nulla necessitate libertatem adimente conficta, ut nullis interjectis præcellerat, & ipse faciunt quicquid volendo facimus, quod non fieret, si nollemus. Et mox, ut probet etiam tunc superesse libertatem arbitrij, cum voluntas potentior voluntate præceditur, ne possit implere quod velit, non aliud profert nisi etiam tunc superesse voluntatem (seu volitionem)

ibidem.

quæ non potest aliud esse quam voluntas: Nam si voluntas tantum esset, id est, nudum velle, nec posset quod vellet potentior voluntate impediretur. Nec si tamen voluntas nisi voluntas esset, nec aliteris, sed eius esset, qui vellet, nisi non posset implere quod vellet. Quod similiter, ut de alijs argumentis Augustini supra declaravimus, nihil omnino ad propositum facit, imò non sine insigni absurditate producit, si fieri potest, ut voluntas adsit quæ non sit libera. Sed si secundum illud immobile Augustini principium, tanta

A sedulitate tot locis ad versus omnes penè haereses quibuscumque luctatus est, traditum & inculcatum, omnia intelligantur, quemadmodum rerum evidentia & nexu nos compellente intelligere cogimur, quod videlicet hoc ipso aliquid liberum sit, quod est in potestate, & hoc ipso in potestate, quod sit cum volumus, hoc ipso vero extra potestatem arbitrij & non liberum, quo sit cum nolimus; mirabilis apparet in ejus disputationibus contextus rerum. Respondent extremæ primis, mediæ utrisque, omnia omnibus, & rationationes ejus manent insolubiles. Quæ sane ipsissima ratio est, cur non solum Augustinus, ut supra diximus, liberum arbitrium nihil aliud nisi voluntatem esse definiat, sed sanctus Damascenus apertissime dicat, quod Patres liberum arbitrium voluntatem esse definiunt. Quæ sane tam ipsius Damasceni quam Augustini & aliorum doctissimorum Patrum mens, multo lucidius ex his patefiet quæ mox de necessitate docturi sumus. Hoc interim admonitum lectorem velim, nos cum voluntatem dicimus, non hoc isto nomine intelligere quod illis motibus indeliberatis subiacet, quibus subito concupiscimus, irascimur, trepidamus, antequam ratio vigilet; sed id quod motibus istis resistit aut cedit, hoc est, ipsum illum supremum apicem, cujus est irruentibus undecumque motibus præbere nutum suum, sive assentiam sive dissentiam. Nam illi motus, secundum Augustini mentem, non in ipso mentis apice qui illis supereminet, sed in inferiore quadam ejus parte tumultuantur, ipsamque voluntatis apicem ad se, sive in malo sive in bono blandiendo, aut aliter afficiendo trahunt, aut retrahunt. Tunc enim velle aut nolle dicimus, non cum illis motibus percellimur, sed cum illis assentimus aut dissentimus.

CAPVT SEXTVM.

Duplex necessitas Augustino, coactionis, & simplex seu voluntaria. Illa, non hæc repugnat libertati.

IA M videndum est, quo pacto ad libertatem arbitrij se habeant necessitas in sententia Augustini, ex qua tanquam opposita libertati multo clarius intelligetur, quo pacto libertatem arbitrij accipiendum esse velit. Duplex autem in doctrina ejus necessitas reperitur, una quæ operatur effectum suum ethi nolis, seu quantumcumque renitantis, altera qua simpliciter necesse est aliquid fieri sine renitente voluntatis. Prima illa necessitas, quæ sit aliquid ethi nolis, semper apud Augustinum opponitur voluntati. Impossibile est enim ut id quod sit voluntate nostra, fiat nobis etiam nolentibus; & e contrario, ut id quod sit necessitate seu nobis nolentibus, fiat nostra voluntate. Testimonia istius acceptionis plurima & passim obvia sunt: Hinc illa, Deus omnia bona facit voluntate, nihil mali pa-

Lib. 2. de Gen. contra Manich. cap. ult.

A titur necessitate. Cuius enim voluntas superat omnia, nulla ex parte quicquam sentit invitus. Et in Epistolis: Hostem pugnantem necessitas perimat, non voluntas. Et in Psalmis: Præstet nobis Deus ut bene serviamus. Nam velimus volumus (id est, necessitate) servi sumus: & tamen si volentes sumus, non necessitate sed charitate, id est, bona voluntate, servimus. Et in Psalmum trigésimum, ponit necessitatem nesciendi cor alterius & nostrum: Quid iam dicam de necessitatibus ipsius mortalitas? *In Psal. 103.* Mori necesse est & nemo vult. Nemo vult quod necesse est. Nemo vult quod erit velit noluit. Dura necessitas, nolle quod non potest evitare. Et contra Faustum: Hoc autem eum (Christum) voluisse ideo certum est quia hoc fecit qui nihil necessitate, sicut Deus reseruit, faceret sed omnia voluntate. Et in tractatibus in Joannem: Ut omnes nascerentur ex Adam, nisi necessitatis fuit ex damnatione, nasci per Christum, voluntatis

Lib. 2. de Gen. contra Manich. cap. ult.

Lib. 2. de Gen. contra Manich. cap. ult.

Lib. 2. de Gen. contra Manich. cap. ult.

Lib. 2. de Gen. contra Manich. cap. ult.

Lib. 2. de Gen. contra Manich. cap. ult.

voluntatis est & gratia. Et quia voluntatis esse & potestatis, sed voluntate posse fieri & potestate, idem Augustinus dicit, quia hoc dicitur esse in potestate, quod facimus cum voluntas; Hinc et passim talis necessitas opponitur, non voluntati voluntati, sed & potestati, & consequenter (quod idem est Augustinus) arbitrii libertati. Nam testans illud Christi: Potestatem habeo ponendi mortem meam, quo significavit mortem suam in sua libera voluntate esse, sic Augustinus: Non ergo mali necessitate potestatis & voluntate verbum caro factum est, & natus, & passus, & mortuus, & resurrexerat, nulla sua necessitate, sed voluntate & potestate. Et mox quid dicit inter necessitatem & voluntatem, exemplo eius declarat, qui invitatus in carcerem truditur, & eius qui intrat in propria voluntate: Nullam ergo necessitatem patitur Deus, neque necessitate facti quae fuerit, sed humana & deservit voluntate & potestate. Et contra Faustum Manichaeum, Christum Dominum dicit affectiones humanas, tristitiam, gaudium, esuriam, sitim habuisse, sane non necessitate conditionis (scilicet natura mortalis) sed magister voluntate, & divina etiam potestate. Nam homo potest utque est voluit nascitur, est voluit contrariatur, est voluit dormit, est voluit esurit ac sitit: Ille autem omnia ista fecit, quia voluit. Sic etiam nascuntur homines atque patiuntur, non quia volunt, nec quod voluit: ille autem etiam illa quia voluit. Ecce clarissime expolitum, quid sit aliquid subire necessitate: scilicet est nolens, undecumque contingat ista necessitas, sive ex natura impetu, sive externa violentia. Quod egr. gic de lazar in libro octoginta trium qualithonum: Nec illa nos terret manus atque mepra calumnia, quia invidiose resistentes animi: Ergo sub necessitate positus fuit, si haec affectiones animi veras habuit: Facile quippe respondemus, ergo sub necessitate positus fuit, quia comprehensa, flagellatus, crucifixus, & mortuus sit, ut tandem sine pertinacia, si voluit, intelligant, sic cum passiones animi, hoc est, affectiones, voluntatis dispensatione, veras tamen, ut placuit, suscepisse, quemadmodum passiones corporis, easdem dispensatione voluntate sine ulla necessitate suscepit. Quemadmodum nos non voluntate morimur, sic & non voluntate nascimur. Ille autem &c. Denique Augustinus huiusmodi locutionibus refertus est, quibus semper indicat, se necessitate opponere voluntati, ut ea sit necessitas, qua fit aliquid est nolens, ut de vita, morte, somno, esurie, siti, & similibus iam supra patuit.

Et quia talis necessitas huiusmodi est, ut nunquam cedat voluntati, sed potius eam renitentem velut pondus urgeat atque premat, hinc est, quod huiusmodi necessitatem se passim dominantem, prementem, pondus, & similibus nominibus vocet. Hinc in libris de libero arbitrio: Vbi natura necessitasque dominatur. Et contra Faustum, de necessitate fatali sic ille loquens quae nascente Christo apparuit, Non, inquit, ad decretum dominabatur. Et contra Lulianum: Nequa istum sub gravi necessitatis pondere ingemere. Et infra, Dicitur es Deum necessitate premi. Hac necessitate Angeli, non premuntur.

Hinc est, quod necessitatem nunquam sine aliqua praestatione audeat usurpare in Deo, sicut ex duobus exemplis iam jam prolatis liquet, eo quod apud ipsum necessitas aliquid contra voluntatem sonet: Nec dicere videmus ideo Deum non voluntatem, sed necessitatem habere insitit, quia non potest velle peccare. Quae tamen phrasim, quia in alia significatione usurpatur, apud nos tritissima est. Et istam tunc temporis fuisse continuationem usurpationem ex eo perspicuum est; quod illo invidioso nomine, ut supra vidimus, haeretici dicerent Catholicos, ne affectiones humanas in Christo ponerent, ne sub necessitate esse videretur. Vnde Augustinus: Nec illa nos terret manus atque mepra calumnia, quia invidiose resistentes animi: Ergo sub necessitate positus fuit Christus. Vnde mox subiungit: Sicut ergo necessitate nomine nos nec illos qui quomodo vellet & sine verissima passione sic & nos ipso nomine necessitatis nequid deiret a fide verissime affectionis.

Ex quo fluxit & illud, quod veteres ad versus Arianos dimicantes, Deum Patrem negant filium suum tam ex necessitate quam voluntate generalis, qua tamen locutione nihil apud nos usitatum. Ambrosius: Sicut bonus Pater non aut ex voluntate aut necessitate, sed super utriusque, hoc est, natura, illa non generat ex voluntate aut necessitate Pater. Quam Ariatorum objectionem clarioribus verbis soluit Epiphanius dum dicit & in Anclorato & haereti xagelima nona, *ὁ θεὸς θεὸς ἐκ φύσεως, ἐστὶν ὁ υἱὸς θεοῦ, ἀλλ' ἐκ τῆς ἐπιθυμίας γεννῆται*; Neque volens genuit neque nolens, sed in natura sua consilio superior est. Et eodem modo Augustinus libro decimo quinto de Trinitate, ab Arianis querentibus: Vtrum Deus volens an nolens, id est, necessitate genuerit, quare ipse vicissim, utrum Deus Pater volens an nolens, id est, necessitate, sit Deus, ut si responderent, nolens, sequeretur illa miseria &c. Cuius rei causa non est alia, nisi quod necessitas coactionem & vim & miseriam conjunctam habeat, & nolentem faciat, quod se passim Augustinus diversis locis indicat, & ex supradictis facile intelligi potest. Quod enim sit est nolens, praefecto coacte fit, quando non vis: Hoc certe, inquit, quod noluit servare legem, non a gente tenebrarum cogitur. Quod statim reddit: Hoc ergo quod in sortum voluntate est, ut noluit, peccatum est certe sine aliqua necessitate gentis tenebrarum. Et in libro de natura boni: Eligite utrum necessitate compulsus ut diligeret tenebras, an voluntate seducta. Haec ergo necessitas valde generalis est, & sub ea naturales omnes impetus comprehendit, qua non possunt volendo impediri. Nam & illi quantumcumque naturales sunt, renitente tamen voluntate, suum effectum operantur. Nam velit noluit, homo nascitur, vivit anima, nutritur, creseit, dormit, moritur. Ex quo fit ut quemadmodum necessitas & necessarium apud Augustinum, ita & natura & naturale opponatur voluntati & voluntario sive libero: Nulla culpa, inquit, deprehendi potest, ubi natura necessitasque dominatur. Hinc motum lapidis & animi, quo uterque deorsum

Lib. de nat. & grat. s. 16.

ib. 83. 99. q. 80.

ib. 4 de sic. 4.

Ep. ph. in Ancl. & haer. xxi. 97.

Aug. lib. 16. de Trinit. c. 20.

Lib. de nat. cum Felice

Lib. de nat. boni. 42.

Lib. 3. de lib. arbitrii. c. 1.

Lib. 3. c. 1.

Cont. Faust.

Cont. Jul.

Imp. 150.

deorsum cadit, in eo discrepare docet, quod
lib. 7. de lib. arbit. c. 14. lapis naturalis est motus, animo vero iste involunta-
 rius. Et explicans quid hoc sit, naturale idem
 valere vult, quod non habere in potestate, hoc
 est, fieri etiam nolens. In eo, inquit, dissimilis est
ibid. motus animi & lapidis, quod in potestate non ha-
 ber lapis cohibere motum, quo fertur inferius, animas
 vero dum non vult, non va movetur. Et ideo lapis
 naturalis est, ille motus, animo vero voluntarius.
 Quam oppositionem inter naturale & volun-
 tarium, & quod voluntarium sit idem quod
 habere in potestate, seu fieri cum volueris,
 ibidem sepius videre licet. Hinc & in libro
lib. cont. Se- cundum c. 14. contra Secundinum: Erit ergo (consensus)
 aliqua natura, que nec anima naturali sit, quoniam
 si nolit non erit, nec illi malo, cui anima voluntate
 consentit. Et adversus Felicem Manichæum
 illa exponens verba Christi apud Mattheum:
 Aut facite arborem bonam &c. quibus liberum
 arbitrium convenitur. Cum ergo dicit, inquit,
 aut hoc facite, aut illud facite, potestatem indicat non
 naturam. Vbi per potestatem id significat,
 quod si in supra toties dixit, habere in potesta-
 te, seu facere si volueris, cum natura sit immu-
 tabilis, & operetur etiam nolueris. Hac de ge-
 nuno usâ istius vocis (necessitas) tam pro-
 ximè cum tædio forsan Lectoris explicata
 volui, ne cum nomen istud necessitatis au-
 diunt forte fallantur, sicut multos viros do-
 ctos falli certum est, qui cum necessitatem au-
 diunt, nihil aliud suspicari possunt, quam de-
 terminatorem ad unum, cum sit certissimum
 aliter ab Augustino & panè omnibus anti-
 quis scriptoribus usurpari. Quod usque adeo
 verum est, ut cum de illa necessitate sermo in-
 cidit, quæ significat nudam determinationem
 voluntatis ipsius ad unam partem, non audeat
 eam nomine necessitatis exprimere nisi ex-
 plicando quid sibi velit, ut infra ex ipsis
 testimonijs eius oportunior loco producen-
 dis patet.

Doctrina igitur Augustini est, necessitas item
 illam primam prout etiam naturam sic expli-
 cationem completur (nec aliud est respectu
 voluntatis, quam quædam vis aut violentia
 aut coactio, qua operatur id quod potest, etiam
 nolente voluntate, capitaliter repugnare liber-
 tati eamque funditus perimere, non autem illam
 necessitatem quæ est simul voluntaria, qua sci-
 licet simpliciter necesse est aliquid fieri non
 repugnante sed immutabiliter volente volun-
 tate. Mira videbitur S. hollæticis ista doctri-
 na, & tamen in Augustini principijs est indu-
 bitata. Quæ quamvis apertissime sequatur
 ex principijs iam prolatis, juxta quæ esse libe-
 rum arbitrium, non est aliud quam habere
 actum in sua potestate, & in potestate habere,
 non est aliud, quam fieri quando volumus,
 quod omnium maxime in quacumque volitione
 locum habet (quemadmodum instantissime
 docentem & inculcantem Augustinum au-
 divimus) operæ pretium tamen est, ipsum
 illum Doctorem proprijs verbis ex proprijs
 principijs id ipsum deducentem intelligere, ne
 quis fortè aliquibus ratiocinationis præligijs

A sibi illudi putes. In libro igitur quinto de Ci-
 vitate Dei, ubi adversus cuiusvis fati aut præ-
 scientiæ necessitatem arbitrij & voluntatis li-
 bertatem ex professo asserit ac ructur, ita rem
 expeditissimam juxta principia sua ultata jam
 deducta facit, ut nulla tergiversatione eludi
 posse videatur. Locus interger producendus
 est, ut liquidius quid sibi velit pateat: Vnde *lib. 5. de*
Stoic. laboraveunt causas rerum ita distinguere, ut
qua dam subtraherent necessitati, qua dam subde-
rent, itaque in his quas esse sub necessitate volue-
rant, posuerunt etiam nostras voluntates, ne videlicet
non essent libera, si subderentur necessitati. Si enim
necessitas nostra illa dicenda est, que non est in nostra
potestate, sed etiam si nolimus efficit, quod potest, sicut
est necessitas mortis; manifestum est voluntates nos-
stras, quibus rectè vel perperam vivimus, sub tali neces-
sitate non esse. Nam si volumus, est: si nolimus non
est. Non enim vellemus si nollemus. Si autem ista de-
finitur esse necessitas, secundum quam dicimus necesse
esse, ut ita sit aliquid, vel ita fiat, nescio cur eam im-
mutamur, ut nobis auferat libertatem voluntatis. Ne-
que enim & vitam Dei & præsentiam Dei sub ne-
cessitate posuimus. si dicamus necesse esse Deum semper
vivere & cuncta præservare; sicut nec potestas eius mi-
nuitur, cum dicitur mori fallique non posse. Sic enim
hoc non potest, ut potius si posset, minor esset utique
potestas. Rectè quippe omnipotens dicitur, qui ta-
men non potest falli non potest. Dicitur enim omni-
potens faciendo quod vult, non patiendo quod non vult.
Quod si et a cederet, nequaquam esset omnipotens.
Vnde propterea quod ad id non potest quia omnipotens
est. Sic etiam cum dicimus, necesse est ut cum volu-
mus, libero voluntatis arbitrio, & verum procul dubio di-
cimus. & non ideo ipsum liberum arbitrium neces-
sitati subiicimus quæ admittit libertatem. Sicut igitur
nostra voluntates, & ipsa faciunt quicquid volendo
facimus, quod non feret si nollemus. Ecce clarissi-
 C mis verbis distinguit hic duplicem illam
 quam diximus necessitatem, unam quæ non
 relinquit actum in nostra potestate, hoc est, ut
 ipsemet explicat, quæ nobis etiam nolentibus
 seu invitis & coactis operatur effectum suum;
 alteram quæ simpliciter aliquid est necesse fie-
 ri, sicut vivere, præscire, non mori, non falli
 respectu Dei; illam repugnare docet libertati,
 istam minime. Repugnantiam autem illam
 ostendit ex eo, quod sequeretur nos velle si-
 mul & nolle. Cum enim necessitas illa talis
 sit, quæ nolente voluntate, hoc est, renitente
 voluntate perficit effectum suum, quando vult
 autem non renitatur, apertissime sequitur,
 eam velle simul & nolle, si voluntas seu velle
 sub tali necessitate poneretur. Qua de causa
 de illa necessitate loquens, semper utitur ver-
 bis subiicendi, subdenotati necessitati, esse sub
 necessitate, videlicet dominante, premente,
 cogente voluntatem. Hac autem submotâ ne-
 cessitate nullam aliam timet libertati volun-
 tatis, quantumvis dicatur esse necessarium ut
 velimus. Vbi de necessitate determinationis
 ad unum eum in primis loqui, ex multis ma-
 nifestissime liquet. Primo, quia ut intellige-
 remus quam necessitatem voluntatis non ex-
 horreat,

Handwritten marginal note in Latin script, possibly a library or ownership mark.

horreat, profert necessitatem vitæ & præscien-
 tiæ in Deo, in quibus intelligendis, ne liberè
 falleremur, sicut quidam multum hallucinati
 sunt, exponit ea per oppositum, nimirum quia
 mori & falli ipse non potest, quæ sanè ita sunt
 impossibilia, & eorum opposita ita necessaria,
 ut nulla possint ratione mutari. Secundò
 per ipsam naturam voluntatis, quia quicquid
 volendo facimus, non fieret si nollemus. Quo signi-
 ficat necessitatem talem, quæ quomodocum-
 què necessariò velle dicitur, non efficere ut
 non velimus, si volumus, & proinde tale velle
 non esse sub illa necessitate quam libertati tim-
 met. Nempe sub illa necessitate premente,
 compellente ad effectum suum, quamvis noli-
 mus. Sub illa quippe propriè id esse dicitur,
 quod dominando alteri prævaleat. Sub cuius-
 modi necessitate nec illam esse voluntatem,
 statim adijcit, cuius effectus impeditur: quam-
 vis enim effectus ejus impediatur, non tamen
 per hoc efficitur ut non sit voluntas seu volitio
 C: Nec sic tamen, inquit, voluntas nisi voluntas
 esset, nec alterius sed eius esset qui velle. Ex quibus
 aperte coniectaneum est, omnem omnimò vo-
 luntatem quantumcumque ad unum determi-
 natam, nulla tali necessitate, qua dicitur ne-
 cesse esse ut velit, desinere esse liberam, quia
 non desinit esse voluntas, quæ non esset si nol-
 lemus. Sicut enim omnis voluntas necessariò
 est voluntas, ita juxta hoc principium, etiam
 liberi arbitrij. Neque enim quenam (ò ab-
 surditatis erupturum arbitror, ut qui ad
 unum volendum determinatus est, non velle
 suspicetur: cum ardentè, tenaciter, constan-
 ter velle, & ita velle aliquid, ut contrarium
 ejus velle non possit, sit maxime velle & id-
 eò maxime in potestate, & maxime liberum.
 Nam sicut libertas esse non potest sine
 voluntate, ita nec voluntas ulla sine arbitrij
 libertate, juxta id quod Augustinus ipse con-
 cludendo subiungit: *Necesse est ut cum volumus
 liberi velimus arbitrio.*

Hinc est genuinam verissimamque loci il-
 lius de Civitate Dei intelligentiam, quod sola
 videlicet necessitas illa violenta sub qua arbi-
 trium premitur atque cogitur, seu necessitas
 coactionis libertati arbitrij adverteatur, non
 autem determinationem ad unum, non solum
 omnia Augustini principia quæ tradidimus
 fateri cogunt, & omnes circumstantiæ istius
 loci clamant, sed etiam ipse divus Thomas
 multis locis aperte confiteretur. Nam quæstione
 vigesima secunda de veritate, quæ est de ap-
 petitu boni, articuli secundi resolutionem ita
 inchoat: *Dicendum, quod sicut potest accipi ex
 verbis Augustini de Civitate Dei, duplex est necessitas.*
*Necessitas scilicet coactionis, & hæc in volentem nullo
 modo cadere potest. Et necessitas naturalis inclinatio-
 nis, sicut dicitur Deum de necessitate vivere.* Et ad
 quartum argumentum eiusdem articuli, quo
 jam exposita sibi obijerat, præmissa verba Au-
 gustini: *Si illa desinitur esse necessitas secundum quam
 dicitur necesse esse ut ita sit aliquid, vel ita fiat, nec-
 esse est ut volumus.* Sic respondet sanctus Tho-
 mas: *Ad quartum dicendum quod Augustinus loqui-*

*tur de necessitate naturali, quam à voluntate non
 excludimus, respectu aliquorum. Et hæc necessitas
 in divina voluntate invenitur, sicut in divino esse. Et
 ad primum in contrarium, ubi Augustinus li-
 bro quinto de Civitate docuisse dicebatur,
 quod voluntarium non potest esse necessarium,
 hoc est, sub necessitate, ut Augustinus loqui-
 tur, respondet, quod autoritas illa est intelligenda
 de necessitate coactionis quæ repugnat voluntati, non
 autem de necessitate naturali conditionis, quæ se-
 cundum Augustinum in quinto de Civitate Dei, volun-
 tati non repugnat. Et mox ad tertium: dicen-
 dum quod libertas secundum Augustinum opponitur
 necessitati coactionis, non autem naturalis inclinatio-
 nis. Et quæstione decima de potentia articulo
 secundo ad quintum: *Ad quantum, inquit, di-*
cendum, quod naturali necessitas, secundum quod
*voluntas aliquid ex necessitate velle dicitur, ut felici-
 tatem libertati voluntatis non repugnat, ut Augusti-
 nus docet in quinto de Civitate Dei. Libertas enim
 voluntatis violentia vel coactioni opponitur. Et in
 ultimo suo opere ceterorum operum ac Theo-
 logiæ summa, sic respondet Augustini loco
 sibi objecto, quod voluntarium non potest esse
 necessarium: *Ad primum dicendum, quod verbum*
Augustini est intelligendum de necessitate coactionis.
*Necessitas autem naturalis, non aufert liberta-
 tem voluntatis, ut ipsemet in eodem libro dicit.***

Ex his vides quam enormiter aberrant illi,
 qui ut prædant ad libertatem arbitrij requirunt
 indifferentiam, & abesse debere necessitatem,
 illo loco videntur Augustini de Civitate Dei,
 cum non tantam ex usu vocis necessitas, quem
 apud Augustinum & veteres Scriptores habet,
 sed ex ipsa contextus evidentiâ perspicuum sit,
 eum de necessitate coactionis loqui. Nec ista
 eorum hallucinatio in solis Augustini scriptis
 stetit, sed ubicumque in sequentibus Patribus
 illud necessitatis nomen à libertate secludi vi-
 derunt, statim illam necessitatem voluntatis
 ad unum determinatè suspicari sunt, eoque
 notissimam illam libertatis divisionem à ne-
 cessitate, à peccato, à insensitia, quæ ab Hugone,
 Bernardo, Magistro sententiarum, & alijs
 traditur, traxere; cum Scholasticorum anti-
 quorum unanimi iudicio necessitas coactionis
 in illa divisione intelligenda sit. Sed hoc suo
 loco reservandum.

Nunc verò in Augustini sensu astruendo
 pergamus. Nam eadem illa doctrina, quod
 sola necessitas coactionis adimat libertatem,
 non necessitas illa simplex & voluntaria, ex
 alijs ejus locis non difficile demonstrari potest.
 Nam libro tertio de libero arbitrio, cum simi-
 liter necessitas ad destruendam libertatem ar-
 bitrij urgeretur, duplicem distinguit neces-
 sitatem: unam qua nobis in vitis & nolentibus
 efficit id quod potest, nempe coactionis; alteram
 simplicem. Illam dicit tollere volunta-
 tem liberam, hanc non tollere. Adversus pri-
 mam enim necessitatem respectu voluntatis,
 sic disputando eam tollit: *Arrende quæso quanta
 coactione dicatur si præscivi Deus futuram voluntatem
 meam, quoniam nihil aliter potest fieri quam præsciri,
 necesse est ut volumus, quod ille præscivit, id est, cogor
 id velle.*

De Thom. q. 22. ar. 2. ad 1. 1. p. 9. 33. a. 1. ad 1.

ad 4. mas: Ad quartum dicendum quod Augustinus loqui-

De act. 10. de potent. art. 2. ad 3. 1. p. 9. 33. a. 1. ad 1.

lib. 3. de lib. arb. c. 3.

id velle, ut ex eo quod sequitur liquet: *Si autem necesse est, non iam voluntate sed necessitate, id est, coactum id me velle fatendum est.* Hoc erat argumentum oppugnantium libertatem arbitrij: quod sic retundit Augustinus, ut contradictorium præscientiæ sequi dicat ex præscientia, quia videlicet qui necessitate cogitur, non vult, sed potius resistit voluntate, cum tamen præscientia eum velle supponat. *O stultitiam, inquit, singularem!* Quomodo ergo non potest aliud fieri quam præcavit Deus, si voluntas non erit, quam voluntatem futuram esse præcaverit? Omisso illud a me monstruosum, quod paulo ante dixi eundem hominem dicere, necesse est, ut ita velim, qui **NECESSITATE SUPERPOSITA** instat scilicet ponderis cogentis auferre auctur voluntatem. *Si enim necesse est ut velit, unde vult cum voluntas non erit?* Nempe quia ut alibi dicit, *qui cogitur non vult.* Hæc est prima necessitas violentiæ seu coactionis quæ omnem omnino adimit libertatem. **Nunc de secunda illa simplici necessitate, quæ sine coactione simpliciter aliquid necessarium**

Lib. 1. oper. imperf. 151.

CAPVT SEPTIMVM.

Idem ostenditur ex libertate Dei.

CONSTABVNT verò hæc omnia **A** (de duplici ista necessitate, una violentiæ, alterâ simplici, cum qua libertas voluntatis maneat integerrima.) longè evidentius, si sensum Augustini de libertate ipsius Dei & beatorum hominum Angelorumque protulerimus. Nam quod ad libertatem Dei attinet, sapissime docet, id quod sine testimonijs eius per se ipsum est manifestum, Deum esse liberum, et si peccare non possit. Cum enim Iulianus urgeret liberum id tantum esse quod facere possit bonum & malum, id est, peccare & non peccare, responderet ei Augustinus: *Non est ergo liber Dominus, de quo dictum est, negare se ipsum non potest. Et de quo etiam ipse dixit, Deus esse nisi iustus non potest.* Et alio in loco ejusdem operis: *Libertatem non est nisi quod quis potest velle, id est, bonum & malum. Liber ergo Deus non est, qui malum non potest velle; de quo etiam ipse dixit, Deus esse nisi iustus non potest.* Sicque Deum laudat, *ut ei auferas libertatem?* Subijciendo scilicet necessitati boni: *An potius intelligere debes, esse quandam beatam necessitatem, quæ Deus iustus non potest esse.* Porro necessitas illa non peccandi in Deo non est aliud quam firmissima, indeficiens, æterna, & immutabilis voluntas non peccandi, seu potius firmissima, indeficiens, æterna & immutabilis voluntas seu amor iustitiæ, æquitatis, atque fidelitatis. Omnis enim impotentia deficiendi seu mutandi se de bono in malum, non est aliud quam potestas iustissimæ & rectissimæ voluntatis. Iuxta illud Augustini: *Quod ait se non posse, non deficientis est, sed in eo quod de Patre natus est, permanenti, tanquam laudabile est, omnipotentem non posse mutari, quam laudabile est, quod omnipotentem*

Lib. 1. oper. imperf. cont. l. 1. f. 151.
Lib. 1. oper. imperf. cont. l. 1. f. 150.

Cont. Serm. Arian. 2. 14.

A esse dicitur, quæ libertatem non lædit, sed potius hoc ipso quo voluntatem affert, statuit. Quod si pergit Augustinus, *non hoc modo dixerit, sed dixerit se, quia necesse est ut velit, ipsam voluntatem in potestate non habere, hoc est, voluntatem quidem futuram, sed necessariam non liberam, occurreret ex eo quod ipse dixisti, videlicet tunc non habere nos potestatem, cum nobis quod volumus deest.* Dum autem volumus, si ipsa voluntas deest nobis, non utique volumus &c. *Voluntas itaque nostra nec voluntas esset, nisi esset in nostra potestate.* Porro quia est in potestate libera est nobis &c. quæ supra deduximus. Nescio quid manifestius urgentiusque proferri posset ad demonstrandum volitionis cuiusque libertatem, etiam illius quam nos habere necesse est. Non enim negari potest, illam esse & quidem præcipuum potentissimamque volitionem, & ideo maxime esse in potestate, quia maxime fit cum volumus, & idcirco maxime libera est, juxta definitionem Augustini jam sæpè repetitam.

Lib. 1. oper. imperf. 151.

Lib. de nat. grat. 46.

A tens non posui mori, hoc autem quia non potest non deficienter non potest, sed potenter. Quia scilicet, ut est ibidem natura immutabiliter bona est. Et alibi: *Deus natura sua nec potuit nec poterit aliqua conversione mutari, nec potuit nec poterit aliqua mutatione peccare.* Igitur non posse peccare non est aliud, quam voluntatem iustitiæ ita firmam esse, ut non possit mutari. Tam verò in hac ipsa perpetua voluntate, qua potenter & immutabiliter vult iustitiam, vel si mavis, non vult peccatum & iniustitiam, Deum liberum esse docet. Cum enim Pelagius objecisset Augustino, *voluntate arbitrio hoc est, libertate, de qua ibi disceptatio est, privati quicquid naturali necessitate contingitur; refutat hoc Augustinus his verbis: Et hic nonnulla questio est.* Perquam enim absurdum est ut ideo dicamus non pertinere ad voluntatem nostram, quod beati esse volumus quia id omnino nolle non possumus, nescio qua & bona consuetudine natura: nec dicere audemus, ideo Deum non voluntatem, sed necessitatem habere iustitiæ, quia non potest velle peccare. Vbi duobus exemplis docet, libertatem cum illa simplici necessitate consistere: Primo quidem ex voluntate beatitudinis, quæ in hac vita caret indifferentia contrarietatis, in futura etiam contradictionis; secundo ex voluntate iustitiæ quam habet Deus, quam certissimum est esse ad iustitiam omnimodo determinatam & indifferentia carere contradictionis. Quod enim quidam observant, Augustinum non dicere libertatem, sed voluntatem iustitiæ, nullius momenti est; tum quod nec Pelagius libertatis mentionem fecerat, sed arbitrij voluntatis, tum quod ex mille locis sit certissimum, voluntatem, arbitrium voluntatis, & liberum arbitrium voluntatis,